



PROOEMIUM.

On ita multi sunt menses, quan-
do Prudentiae Juris Opificiariae,
quam meditamur, primum spe-
cimen & quasi Prodromum, in
persona Tyronis opificiarii publi-
co dedimus; ubi, pro exigentia
materiae, potissimum industriae partem in effi-
giando, vesciendoque novo homine impenden-
dam habuimus: neque evenire igitur potuit ali-
ter, quin multa, tum ad cognitionem statū
ipsius, tum ad ordinem doctrinæ pertinentia
debuerint adduci, unde ex facie hominis exter-
na, meram Prosopographiam colligere, & plus
Scholæ, quam usui datum existimare quis pos-
set. Quare, licet ab initio, & Magistrum & Boë-
thum eidem succenturiari, apud animum no-
strum constituerimus, attamen sententiā mutatā,
missisq; thematibus, quæ ob affinitatem cum
priori, methodum haud magnopere diversam
admittere visla, tedium his quos varietas dele-
stat, parere possent, aliud in præsens, idque foro
magis accommodatum in medium adferre pla-
cuit,

)